beneficio non gaudet *l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. credit tor. l. 4. tit. 15. p. 5.* ubi Gregor. Lop. *gloſ. fin.* Anton. Gom. *in dict. l. 79. Taur. num.* 3. Bolanos *num.* 5. Villadieg. *nu.* 176. Guttier. *d. c.* 16. *nu.* 24. Tandem quiſcum juramento promiſit debitum ſolvere, ſciens id adimplere non poſſe, præfato auxilio deſtituitur; non tam propter vinculum juramenti, quàm ob fraudem; forſan enim creditor, ſi juramentum non adhiberetur, non contraheret; Guttier. cum aliis, *d. c.* 18. *num.* 6. Et de cæteris caſibus in quibus ceſſioni huic locus non eſt, conſulendi ſunt Petr. Barboſ. *in d. l. alia, §. Eleganter,* Pichard *in dict. §. fin. Inſt. de action.* Regulariter autem omnes debitores ex cauſa civili cedere bonis poſſunt, Guttier. *dict. quæſt.* 170. *in princ.* Bolanos *dict. §.* 25. *num.* 1. Quod & Iudæis permiſſum eſt, licèt aliàs, quæ æquitate lbi untur, illis non competant, Trentacinq. *dict. reſolut.* 27. *num.* 32. Brun. *dict. part.* 4. *principali, quæſt.* 36. Natta *conſ.* 620. Melo *q.* 32. *num.* 9. ubi diſputat, an Iudæis ſit æquitas ſervanda?

Ceſſio bonorum, cùm beneficium perſonale ſit, fidejuſſoribus non prodeſt: Cevall. *commun. tom.* 1. *quæſt.* 701.
45 *num.* 13. 14. Ant. Gom. *dict. cap.* 11. *num.* 52. Guzman. *de evict. quæſt.* 10. *num.* 19. Villadieg. *nu.* 178. *l.* 3. *tit.* 15. *part.* 5. *§. fin. Inſt. de replicat.* Trentacinq. *num.* 30. Paz *dict. cap.* 6. *num.* 16. Sed Guttier. *de juram. confirmator. part.* 3. *cap.* 15. *à num.* 15. duplicem cautelam docet, ut fidejuſſor ceſſionis bonorum beneficii particeps fiat.

Cedens bonis à futuris creditoribus in ſolidum jure convenitur; nam ſolùm præſentibus officit ceſſio, Tren-
46 tacinq. *dict. reſolut.* 27. *num.* 6. Brun. *quæſt.* 10. *princ. num.* 6. Salicet, & Caſtrenſ. *in leg. ex contractu, ff. de bon. author. judic. poſ.* per illum textum Melo *qu.* 10. *num.* 6. Pichard. *in dict. §. fin. num.* 42. Sed poteſt adverſus illos iterum cedere, Trentacin. *numer.* 3. Cephal. *conſ.* 192. *num.* 2. Melo *quæſt.* 27. *num.* 17.

Ibi: *Cogendus enim erit, cum pinguiorem nactus fuerit fortunam.*

Hæc ab omnibus adnotantur, ut ex præallegatis con-
47 ſtat, ſed ad taxanda alimenta, quæ debent relinqui illi, qui bonis ceſſit, attendendus non eſt valor eorum, quæ poſteà acquiſierit, ſed redditus, qui ex eis percipi quotannis poſſunt, Guttier. *d. cap.* 15. *num.* 10. Menoc. cum plurimis *ead. caſ.* 183. *num.* 25. Unde dubitatur, an ſi relicta ſit ei domus maximi valoris, ſed exigui redditus, cogendus ſit ipſam vendere, ut creditoribus ſatisfiat? de quo Menoch. *ſuprà,* Trentac. *num.* 48. Guttier. *d. cap.* 15. *nu.* 13. & verius eſt cogendum.

Ibi: *in uſurario idem ſenſit Cardinalis.*

Uſurarium cedentem bonis poſſe retinere ex poſtea
48 comparatis ad victum neceſſaria, firmant Lara *in l. ſi quis à libertis, §. Solent. num.* 37. *ff. de agnoſc. liber.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 28. *num.* 6. Gemin *de uſur. comment.* 4. §. 4. *n.* 64. & tam in hoc, quàm in aliis, qui bonis ceſſerint, ſunt alimenta taxanda, habita conſideratione ad paupertatis ſtatum, nec idem eis reliquendum eſt, quod cum dives eſſet conſumebat, ſalva tamen perſonæ dignitate, & qualitate, Guttier. *dict. cap.* 15. *num.* 8.

Ibi: *Sed ſi quis bonis ceſſerit actibus quibuſdam.*

Cedentem bonis cum ignominia ex ſtatuto ab omni obligatione penitus liberari, tuentur cum Guidone Papa,
49 Cancer. *variar. part.* 2. *cap.* 9. *numer.* 23. Theſaur. *decis.* 36. Giurb. *deciſ.* 41. *num.* 21. Trentac. *ſupra, num.* 8. Melo *q.* 2. *num.* 23. Menoch. *ſuprà, num.* 23. Quæ ſententia omninò tenenda videtur in utroque foro, cum per ceſſionem hujuſmodi infamia contrahitur, turpiter cedente obærato, ut Papiæ contingere, teſtis eſt Menoch. *ubi proximè,* valdè enim inhumanum foret, famæ jacturam paſſum, ad ſatisfaciendum creditoribus etiam teneri: quare dum lex tam acriter in debitores cedentes bonis ſtatuit, æs alienum cum pœna ignominiæ compenſat, ut luant in honore, quod non habent in bonis; *l. ſi quis id quod* 7. *ff. de juriſd. omn. judic.* Nec mirum eſt, poſſe ſtatuto tolli jus creditoribus, quod ad bona futura eis competit, ſiquidem & major creditorum pars, aliis etiam invitis, in eorum præjudicium, poteſt partem debiti communi debitori condonare, *l. juris gentium* 7. *§. fin. cum legib. ſeqq. ff. de pact.*

At cum Statutum infamiam non irrogat, licèt levem 50
ignominiam cedens patiatur, verior *D. Covar.* opinio videtur, ut in Hiſpania eveniebat, torque ferreo impoſito, quo licet inops debitor erubeſceret, infamis minimè efficiebatur; quia ſolum erat nota quædam, qua ſtatus addictorum ſignificabatur; quapropter etiam ad æs alienum, operis exhibitis, perſolvendum compellebantur. Neque æquum eſt, amplam pecuniæ ſummam cum leviſſimo nocumento in aliorum præjudicium compenſari, atque ita id voluiſſe legiſlatorem, non eſt cerdendum. Hæc diſtinctio non obſcurè deducitur ex mente nuper laudatorum Interpretum.

Ibi: *Nam & illud verum eſt.*

Non obſtat quod per ceſſionem bonorum, nec civilis, 51
nec naturalis obligatio tollitur, ſed ſolùm exceptio cedenti acquiritur: ne ultrà quam facere poteſt conveniatur in poſterum, *§. fin. Inſtit. de replicat.* Pichard. *ibi, & in §. fin. Inſtit. de action. num.* 31. Giurb. *d. deciſ.* 41. *n.* 20. 21. Paz *d. cap.* 5. *num.* 12. Melo, *quæſt.* 4. *num.* 12. Nam id verum eſt, ſi juxta jus commune ceſſio fiat abſque infamiæ nota, *l. debitores* 11. *C. ex quib. cauſ. infam. irrog. et.* Strac. *de mercatur. tit. de decoctorib. p.* 3. *num.* 2. Ant. Cont. *lection. ſubceſivar. jur. civil. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 2. (licèt aliàs injurioſum fuerit, bona nomine alicujus, qui ſolvendo non erat, publicè venundari, *§. Licet autem, Inſtit. qui, & ex quib. cauſ. manum non licet:*) ſecus ſi ignominioſè ex Statuto bonis cedatur, juxta proximam diſtinctionem; nam pœna loco ſolutionis ſubrogatur, Menoch. *d. num.* 23. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 77. *num.* 31.

Ad Num. 7.

Præſens dubium latè diſcutiunt Guttier. *de jurament.* 52
confirmat. part. 1. *cap.* 18. Cevall. *quæſt.* 701. Menchaca *de ſucceſſion. creat. lib.* 3. *§.* 22. *à nu.* 79. Brun. *quæſt.* 20. Barboſ. *in d. §. Eleganter, num.* 49. 50. apud quos poſſunt videri, qui docent, renunciationem ceſſionis bonorum eſſe validam. Contrariam opinionem veram *D. Covar.* tuentur Menoch. *d. caſ.* 183. *num.* 18. Merlin. *de pigno ib. lib.* 5. *quæſt.* 49. Theſaur. *deciſ.* 36. *num.* 52. Melo *quæſt* 2. *num.* 16. Bolanos *d. §.* 25. *num.* 7. Matien. *in l.* 7. *gloſ.* 2. *num.* 5. *titul.* 16. *lib.* 5. *Recopil.* Paz *ſupra numer.* 15. Baëza *de inop. deb. cap.* 16. *num.* 35. Villadieg *d. cap.* 2. *num.* 177. Gail. *de pace public. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 23. Trentacinq. *num.* 35. *verſ. Ego in judicando,* qui plures pro utraque ſententia refert. Ratio eſt, nam talis renunciatio eſſet contra naturalem libertatem, qua quis, niſi jure permittente, ſe ipſum privare non poteſt, *l. nec ſi volens* 6. *C. de liber. cauſ. l. interrogatam* 24. *eod. tit.* Aliam addit. Merlin. *ubi ſuprà,* ſcilicèt non poſſe renuntiari huic privilegio paupertatis, quia, quæ miſerationis cauſa conceduntur, tolli renunciatione non permittuntur, Gloſ. *verb. excedere, in l. unic. C. quando Imperat.* ubi Barb. *in collectan. in fine,* multos ad hoc laudat.

Ibi: *Primum jure non valere pactum*

Quia nemo poteſt ſe ad carcerem publicum obligare, 53
Felin. *in cap. ex reſcripto, num.* 13. *de jurejurand.* Merlin *ſupra, lib.* 2. *q.* 50. *num.* 10. Guttier. *d. cap.* 18. *num.* 5. ubi limitat, ſi juramentum accedat; quod nunc non diſcurritur: Menoch. *num.* 10. qui ait, ita Veronæ ſtatutum eſſe. Multoque minus ad privatum, cùm jure ſit vetitus, *l. unic. C. de privat. carcerib.* Bobad. *in politic. dict. cap.* 15. *num.* 13. *lit. A.* ubi plures. Ita tenent Bald. *in d. cap. ex reſcripto, num.* 6. Molin. *d. num.* 10. Similiter non valet conventio, quòd creditor propria authoritate ducat debitorem etiam in publicum carcerem, niſi ſit fugitivus, Felin. *ſupra, n.* 14. Merl. *d. num.* 10. & 13. Rip. *in l. obligatione, num.* 22. *ff. de pignor.* ubi rationem tradit: ſcilicèt, quia captura, & carceratio

ceratio perſonæ liberæ, meri ſunt imperii, *Auth. de exhibend. reis, §. Si verò.* Quare privatorum pactionibus non ſubjiciuntur, Merl. *ſupra num.* 11.

Ibi: *Secundum hoc ipſum pactum.*

54 Poteſt quis, lege, vel minoribus permittẽtibus, ſe ad pœnã corporalem aſtringere, Gloſ. *in cap. cum homo:* 23. *quæſt.* 5. Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 7. *n.* 12. ubi alii de quo *infra, cap.* 8.

Ibi: *Tertiò animadvertendum eſt.*

De hoc dictum eſt *ſupra, in principio, ad numerum iſtum.*

Ibi: *Quartò, renunciationem iſtam.*

55 Renunciationem ceſſionis bonorum, juramento accedente, confirmari, probant Guttier. *d. p.* 1. *cap.* 18. *num.* 4. Villad. *ſupra, num.* 177. & plures adducti à Trentacinq. *n.* 36. & à Men. hac *ſupra, §.* 9. *num.* 17. & eſt communis opinio. Contrarium tamen verius eſt, quod tenent Cin. & Salicet. *in l.* 1. *num.* 9. *C. qui bon. ced. poſ.* Baëza *cap.* 1. *n.* 42. Menchaca *d. §.* 22. *num.* 80. Cevall. *d. quæſt.* 701. *num.* 7. Petr. Greg. *de conſib. q.* 6. *privil.* 8. Serap. *de privil. juram. privil.* 91. *num.* 3. Melo *q.* 2. *num.* 16. Paz *dict. cap.* 5. *num.* 15. Cancer. *variar. lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 9. *num.* 34. Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 27. *num.* 10. Giurb. *de deciſ.* 41. *num.* 3. Bolanos *ſupra, num.* 7. Trentacinq. *num.* 37. Ariminenſ. *de ceſſion. bonor. quæſt.* 34. *par.* 4. *princip.* Quæ opinio proculdubio erit admittenda, ubi perſona renunciantis aliis eſt neceſſaria, veluti uxori, liberiſque, quos propria induſtria alebat, quoniam juramentum in Tertii præjudicium non eſt ſervandum, *cap. cum contingat* 28. *in fin. de jurejur. cap. quamvis pactum* 3. *de pact. in* 6. Tiraq. *in l. ſi unquam, in præfat. num.* 92. 164. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *diſput.* 34. *num.* 2. Caldas *de renovat. emphytheuſ. quæſt.* 1. *num.* 25. 26. Franc. Mol. *de rit. nupt. lib.* 3. *comp.* 19. *num.* 72. 91. Sed abſolutè ideò renunciatio iſta juramento non confirmatur, quia libertas hominis non ſubeſt ipſius liberæ diſpoſitioni, ut Guttier. ipſe prædixerat *ibidem, num.* 1. & omnes communiter concedunt: juramentum autem validare non poteſt actum prohibitum ratione materiæ, quæ jurantis poteſtati non eſt ſubjecta, argumento, *cap. ſicut ex literis* 13. & *cap. venientes* 19. *de jurejur.* D. Covar. poſt. Bart. Alciat. & alios *in d. cap. quamvis pactum, par.* 2. *§.* 6. *num.* 11. & eſt communis. Nec obſtat *l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 9. *Recop.* adducta à Guttier. nam ideo ibi conductores regiorum redditũum valent cum juramento ceſſioni bonorum renunciare, quia Statuto beneficiũ hoc illis ſublatũ eſt (quod fieri poteſt, Trentacinq. *n.* 39. Menoch. *d. caſ.* 183. *num.* 9. ubi ait Brixiæ bonorũ ceſſionẽ lege municipali eſſe prohibitã, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 222. *nu.* 14. Melo *q.* 9. *n.* 11.) & ad cautelam renunciare cum juramento coguntur, quod cũ accedat actui valido, imò & neceſſario de jure, obligat jurantẽ, cùm non verſetur circa materiã prohibitã, quia lege permittente, homo de propria libertate poteſt diſponere, *§. Servi autem, el.* 2. ubi Gloſ. *verb. major, Inſt. de jur. perſonar.*

Ad Num. 8.

56 Hoc juris axioma: *Qui non habet in bonis, luat in corpore,* videri poteſt apud Cujac. *lib.* 1. *quæſtion. Paul. in l. libertus* 15. *ff. de in jus vocando,* Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 80. *num.* 103. Avendano *in cap.* 16. *Corrector. part.* 2. *num.* 7. Oſuald. ad Donell. *lib.* 27. *cap.* 9. *lit. R.* Farinac. *in prax. crim. tom.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 26. Baëza *de inop. debit. cap.* 11 *à num.* 50. Pichard, *in §. Pœnales, n.* 19. *Inſtit. de actionib.* Salgad. *in labyrinth. part.* 1. *c.* 7. *à n.* 1. Theſaur. *decis.* 82. *n.* 4. *cum aliis,* Boër. *deciſ.* 349. *num.* 8. Afflictis *deciſ.* 378. *n.* 2. Sed hoc locum non obtinet in Clerico, vel aliis, quorum, dignitati deferendum eſt, D. Covar. pluribus allegatis, *infra, h. lib. cap.* 9. *n.* 4. *verſ. Octavò, quamvis, regulariter,* Bernard. Diaz. *in prax. crim. cap.* 142. *n.* 4. ubi Salced. *lit. D.* Guttier. *practicar. lib.* 4. *quæſt.* 17. *n.* 8. 9. Paz. *in prax d. c.* 5. *num.* 19. de quo latiùs per me *in d. verſ. Octavò.*

Ibi: *Et id non tantum procedit, ubi quis ob crimen.*

Ubi reus ſolvendo non eſt, intereſſe, quod parti offen- 57
ſæ præſtare debet, poteſt in corporalem pœnam commutari; notat Boër. *ſuprà, num.* 11. Guttier. *dict. part.* 1. *cap.* 17. *à num.* 24. Auguſt. Barboſ. *in collectan. num.* 5. *ad cap. finem litibus, de dol. & contum.*

Ibi: *Hinc ſanè conſtat.*

Qui per calumniam etiam in cauſa civili ad judicium 58
provocat, ſi in bonis non habeat, corporaliter punitur; tenet Petr. Barboſ. *in l. eum, qui temerè, num.* 49. *de judic.* & DD. communiter *in dict. cap. finem litibus,* Bobadill. *in politic. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 94. *in fine.*

Ibi: *Hæc verò commutatio pœnæ.*

Sequitur Guttier *ſupra, n.* 25. Hoc ideò, nam ſemel corpo- 59
raliter punitus à pecuniaria obligatione penitus liberatur, etſi uberrimam fortunam poſteà nanciſcatur, Gloſſ. *in cap. peccatum* 4. *de reg. jur. in* 6. Gratian. Falcon. *reg.* 60. Matien. *in l.* 4. *gloſ.* 2. *n.* 12. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopil.* Ripa *in cap. cum M.* 9. *n.* 38. *de conſt.* Roman. *ſingul.* 24. Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 77. *n.* 39. Boër. *deciſ.* 349. *n.* 4. Brun. *in tract. de ceſſion. bonor.* 4. *p. princip. n.* 5.

Ibi: *Hac igitur ratione.*

Quæſtionis eſt, an de jure communi delinquens dam- 60
natus ad damnum reſarciendum parti offenſæ, ad bonorum ceſſionem admittatur? de qua Greg. Lop. *in l.* 4. *gloſ. penult. titulo decimoquinto. p.* 5. Ant. Gom. *variar. libr.* 2. *capit.* 11. *numer.* 52. Trentacinq. *ſupra, num.* 26. Guttier. *d. cap.* 17. *num.* 26. Didac. Perez *in l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordin.* Diaz *reg.* 75. ubi Salced. Matien. *in l.* 9. *gloſ.* 2. *num.* 3. 4. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop.* & verius eſt non admitti, ut probant fundamenta, quæ *hic* D. Covar. adducit, *ex l. ſed hoc.* 22. *ff. de re judic. etiam* 19. *§.* 1. *ff. ſolut. matrim.*

Ibi: *Clericus ob crimen conveniri.*

Clericus ex delicto damnatus ad pœnam pecuniariam, 61
non gaudet ſuo privilegio, *ex c. Odoardus, de pignorib.* ſed eſt in carcere detinendus donec ſolvat. Gloſ. *in cap. olim, el* 2. *de reſtit. ſpoliat.* Baëza *ſupra, cap.* 17. *num.* 13. Guttier. *dict. cap.* 27. *num.* 22. Boër. *ubi proximè,* Hypolit. *in prax. §. Attingam, num.* 70. *verſ. Hanc tamen concluſionem intellige,* Farinac. *in prax. crimin. q.* 26. *à num.* 11. & *quæſt.* 27. *à num.* 72. quod limitat Guttier. *num.* 27. *cum aliis;* niſi Clericus teneretur ad intereſſe ex delicto, non ad pœnam, quia obſervanda erit deciſio *d. c. Odoardus,* de quo proximè dictis attentis, quoad jus commune poteſt dubitari, etſi Cevall. Idem teneat *num.* 8.

Ibi: *Verùm cum hæc quæſtio proximis diebus.*

Hodie adverſus juris communis regulas, ut aiunt Jul. 62
Clar. *receptar. ſentent. lib.* 5. *§. fin. quæſtion.* 95. *numero ſecundo,* Cevall. *dict. quæſtion.* 701. *num.* 4. ſtabilitum eſt, *l.* 9. *tit.* 16. *lib.* 5. *Rec.* ut poſſit debitor ex delicto cedere bonis quoad intereſſe parti offenſæ ſolvendum; non quoad pœnam etiam ipſi applicatam, notant Guttier. *num.* 27. 28. Cevall. *n.* 5. & 6. Azeved. *in dict. l.* 9. Bolanos *d. §.* 25. *num.* 3. Baëza *cap.* 11. Olan. *in concord. jur. lit. D. num.* 18. Paz *ſupra, num.* 18. Didac. Perez *ubi proximè,* Matien. *in ead. l.* 9. *gloſ.* 2. *num.* 5. Montalv. *in l.* 3. *gloſ. magna, tit.* 5. *lib.* 4. *for.* Gratian. Falcon. *reg.* 60. *n.* 2. Villad. *dict. cap.* 2. *n.* 75.

Ibi: *Plerumque tamen Regiarum Curiarum Iudices.*

Sed quando delictum eſt leve, & conſtat de inopia 63
delinquentis, poteſt Iudex pœnam pecuniariam Fiſco applicatam, aut ex lege debitam remittere, *l.* 4. *tit.* 22. *part.* 3.

Avendaño *ſupra*, *part.* 1. *cap.* 7. *num.* 7. Paz *num.* 19. Bolanos *dict.* §. 25. *num.* 4.

Ad Num. 9.

64 Clericus qui ſoluendo non eſt, ob debita ex delicto, aut quaſi delicto non deſcendentia, carcerandus, aut excommunicandus non eſt, Guttier. *ſupra*, *num. primo ſeptimo*, Cyriac. *Controverſiar. tom.* 3. *controverſ.* 505. *nu.* 17. Cevall. *nu* 9. Graffis, *de effectib. Clericat. effect.* 7. *num.* 1. Roder. Suar. *in l.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 14. *tit. de los goviernos, lib.* 3. *for.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 88. *n.* 8. Azeved. *in l.* 5. *nu.* 7. *tit.* 2. *lib.* 5. *Recop.* Caſtagna *de benefic deducto ne quis egeat, quæſt.* 10. *ſub n.* 34. *fol.* 255. Parlad. *quotidianar. lib.* 2. *capit. ultim.* §. 7. *n.* 24. Farin. *ſupra, part.* 1 *quæſt.* 27. *de carceribus*, *num.* 65. Padilla *in l.* 1. *num.* 7. *Cod de jur. & fact. ignorant.* Paz *tom.* 2. *part.* 3. *cap. unic. num.* 5. ubi ait ſic obſervari, non obſtante Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 3. *de reform.* de cujus intellectu Guttierr. *ſupra*, *num.* 9. Bolaños *ſup.* §. 17. *num.* 20. Greg. Lop. *in l.* 23. *gloſ.* 6. *tit.* 6. *p.* 1. Imò nec bonis cedere compellitur, Baëza *cap.* 17. *à Principio*. Guttierr. *n.* 4. Menoch. *dict. caſ.* 183. *n.* 29.

Ibi : *Quibus adſtipulatur, quod Clericus non poteſt conveniri.*

Clericum non poſſe pro debito civili, niſi in quan-
65 tum facere poteſt, conveniri, receptius eſt, ut docent Menoch. Parl. Greg. Lop. Guttier. Baëza *ubi proximè*, Dec. *in cap. reprehenſibilis*, *num.* 9. *de appellat.* Gloſ. *in l. miles* 6. *ff. de re judic.* Paz *d. num.* 5. Cui privilegio, & ne carcerari poſſint, Clerici etiam cum juramento renunciare non valent, quoniam iſta privilegia principaliter ſunt conceſſa in honorem Sacri miniſterii, Ordinumque, quibus ſunt inſigniti, & renunciatio cederet in totius Ordinis clericalis dedecus, Baëza *num.* 3. Parlad. *d. num.* 24. Cevall. *numer.* 11. Bolanos *d. numer.* 20. Paz *ubi proximè*, *num.* 6. Nec opus eſt relaxatio Iuramenti, ut Cevall. vult, niſi ad cautelam, cùm illud non obliget, argumento *cap. ſi diligenti, de for. competent.*

Ibi : *Qua in re advertendum eſt.*

66 Clericus habens Eccleſiaſticum Beneficium, ſi ſolvendo non ſit, exequutio in ejus redditibus fit relicta beneficiario congrua portione ad victum, & reliquum adjudicatur creditoribus annuatim ſolvendum, Carlev. *d. tom.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 18. *num.* 3 Parlad. *d. c. fin.* §. 3. *num.* 32. Bolan. *ſupra*, Menoch. *d. caſ.* 183. *num.* 10. Paz *d. cap. uni. num.* 7. Guttier. *num.* 17. Villad. *cap.* 2. *num.* 79. Duenas *regul.* 275. *limitat.* 11.

Ibi : *Verùm ſi Clericus ſit ſuſpectus de fuga.*

67 Clericus fugitivus, aut de fuga ſuſpectus capi, vel à judice ſæculari, vel ab ipſis creditoribus poteſt, illicò tradendus Eccleſiaſtico, à quo in vinculis eſt detinendus, donec ſolutio fiat ex bonis, quæ occultare tentaverat, Scaccia *de judic. tom.* 1. *lib.* 1. *cap* 39. *num* 14. Mol. *de juſt. tract.* 1. *diſput.* 56. *num.* 2. Graſſis *ſupra*, *effect.* 1. *num.* 557. Guttier. *ſupra*, *cap.* 16. *num.* 32. *& cap.* 17. *num.* 29. Baëza *cap.* 16. *num.* 26. Greg. Lop. *in d. l.* 23. *gloſ.* 5. *tit.* 6. *part* 1. Bobad. *in politic. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 51. ubi advertit, ita demum poſſe Clericum propter fugam à Judice ſæculari, vel creditore capi, ſi copia Eccleſiaſtici non ſit, de quo Azeved. *in l.* 2. *à num.* 154. *tit.* 13. *lib.* 8. *Recop. & in l.* 4. *n.* 5. 7. *tit.* 4. *eod. lib.* Maſcard. *de probat. tom.* 2. *concl.* 823. Cevall. *tom.* 1. *q.* 267. *à num.* 4. Thom. Delbene *de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 8.

Verſ. *Sed & quoad deciſionem.*

Privilegia, de quibus ſupra, ſolùm conceduntur Cleri-
68 cis in Sacris conſtitutis, vel beneficium habentibus, aut actu Eccleſiæ inſervientibus, ut docent communiter DD. Menoch. *d. caſ.* 183. *in fin.* Baëza *cap.* 17. *n.* 20. Guttier. *d. cap.* 17. *n.* 12. *verſ. Secundò infertur*, ubi latè diſputat an 10. ut omnes Clerici gaudeant privilegio *d.* . *Odoardus* Bolanos, *d. n.* 20. Villadieg. *ſuprà*, *n.* 97. Paz *ubi proximè*, *n.* 6.

Quæ autem de Clericis dicta ſunt, etiam ad Religioſos 69
pertinent, Cyriac. *dict. controverſ.* 505. *n.* 8. Bald. *in Auth. ha-ſa, q. a. n.* 3. *in fin. C. de Epiſcop. & Cleric.* Emman. Rodrig. *de Regular. tom.* 2. *q.* 62. *art.* 6. *fol.* 188. *in prima edit.* Quia Clericorũ appellatione in favorabilibus, & Religioſi cõprehendũtur; notatur in *c. ſi quis ſuadente* 17. *q.* 4. Gloſſ. *in c. duo ſunt genera*, 12. *q.* 1. Vivian. *de jur. patronat. lib.* 6. *c.* 2. *n.* 1. Cyriac. *n.* 19.

Verſ. *Quoties verò*, Ibi : *Non tamen poteſt opponi exceptio.*

De his latè, Guttier. *dict. cap.* 17. *à numer.* 31. qui D. Co- 70
varruv. accedit. Tamen contraria ſententia Gomezii aſſerentis, Clericum damnatum tribus ſententiis conformibus, non juvari auxilio *d. cap. Odoardus*, nititur communi doctrinæ, quæ habet, beneficium ceſſionis bonorum non competere ei, qui debitum inficiatur; de qua Trentacinq. *ſupra à num.* 17. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 19. *numer.* 85. Cevall. *tom.* 1. *q.* 129. Quam doctrinam declarat Trentac. *num.* 21. docens, tunc dici, debitum fuiſſe negatum, cum debitor in inficiatione uſque ad ultimam appellationis ſententiam perſeverat: ex quo rectè infert Gomezius, ut Clericus, qui appellavit ſemel, atque iterum negans uſque ad tertiam ſententiam condemnatoriam, cum jam amplius provocare non liceat, privandus ſit remedio *dict. capit. Odoardus*, in quo inſinuatur negantes debita non eſſe ad illud admittendos, ibi : *Idem in eum recognoſcentem hujuſmodi debita.* Et meritò; nam victus in dubio præſumitur non habuiſſe juſtam cauſam litigandi, maximè cum tam protervè in lite perſeverat, Menoch. *de præſump. lib.* 2. *præſ.* 87. *num.* 1. Amad. Rodrig. *in praxi, de modo, & form. videndi proces. cap.* 5. *num.* 37. Gloſſ. *verb. etſi convictus, in Auth. generaliter, C. de Epiſc. & Cleric.* D. Covarruv. *practicar. cap.* 27. *num.* 3. propter quem dolum jure carceri ſubjici permittitur Clericus, non obſtante præfata deciſione, quemadmodum ſæpè contingit, ut conſtat ex traditis per Guttier. *d. cap.* 17.

Ibi : *Idem eſſe cenſet.*

Gomezii ſententia cum oppoſita *D. Covar.* poſſet con- 71
ciliari, adhibita diſtinctione, quam tradit Guttier. *dict. par.* 1. *c.* 18. *num.* 6. nam ſi Clericus ſciens, ſe non fore ſolvendo, juraverit reddere quod accepit, ex ſuo dolo, *dict. cap. Odoardus*, auxilio non gaudebit, ut Gomez. vult. At ſi abſque fraude putans, ſe idoneum futurum ſolutioni, ſoluturum ſe jurejurando promiſit, non ideò carcerari poterit, prout D. Covarruv. videtur, de quo *ſupra*, *hoc cap. num.* 83. Nec obſtat ſententia *D. Covar.* quam probat Guttierr. *ibidem*, dum docet, jurantem, quod ſcit ſe implere non valiturum, perjurum non eſſe, ſed temerariè jurare : Nam Clericus hoc caſu non cercerabitur ratione perjurii, ſed doli, quem jurejurando commiſit.

Quando beneficium *dict. cap. Odoardus* ceſſet, tradit latè Guttier. *dict. cap.* 17. *à num.* 20. Quibus adde, Clericum ex depoſito damnatum non gaudere præfato privilegio, ſed in carcerem eſſe detrudendum, Graſſis *ſupra*, *effect.* 7. *n.* 38. Auguſt. Barb. *in collectan. ad d. cap. Odoardus num.* 13. Cyriac. *d. controverſ.* 505. *num.* 21. Matheſ. *ſing.* 60. aliàs 61. Quia inficiatio depoſiti propè furtum eſt, *l. inficiando* 69 *ff. de furt.* nec depoſitarius tenetur, niſi ex dolo, *l. contractus* 24. *ff. de reg. jur.* quod limitat Cyriac. *ex Matheſilano ibidem*, cùm Clericus contendit jam depoſitum eſſe reſtitutum, quod abſque fraude contingere poteſt, ut ſi reddidit, cui non debuit.

Ad Num. 10.

Cadaver debitoris quacumque ex cauſa, ſive civili, ſive 72
criminali, non licet inſepultum quaſi in pignus à creditoribus

toribus detineri, Ant. Gom. *variar. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 56. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 387. *n.* 20. Parlador. *d. cap. fin.* §. 3. *num.* 26. Ioſeph. Ludovic. *Peruſ. deciſ.* 78. *num.* 24. Guttier. *de jurament. confirmat. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 27. Garcia *de expenſ. cap.* 8. *num.* 19. Baeza *ſupra*, *cap.* 1. *à num.* 19. Perez *in l.* 4. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordinam.* Cened. *in collectan. ad Decretal. collectan.* 40 *n.* 3. Ioan. Orozc. *in l.* 3. *num.* 2 *ff. de in jus vocand.* Bolanos *d. part.* 2. §. 16. *in fin.* Spino. *in ſpecu. teſtament. gloſ.* 2. *num.* 11. *cum ſeqq.* Quod limitatur in cadavere uſurarii manifeſti, quod poteſt per judicem ſequeſtrari, donec hæredes ſatisfaciant creditoribus, juxta diſpoſitionem *c. quanquam, de uſur. in* 6. Salg. *de protect. Regia, part* 2. *cap* 8. *num.* 75. Zerol. *in prax. Epiſcopal. part.* 1. *verb. funus*, *verſ. Tertiò, cadaver.* Menoch. *ſupra*, *num.* 29. Imò pecunaria pœna, præter debiti amiſſionem, mulctatur creditor impediens corpus debitoris ſepeliri, *l. fin. C. de ſepulch. violat. l.* *tit.* 13. *part.* 1 Menoch. *communis ubi proximè d. caſ.* 387. *n.* 16.

74 Non ſolum corpus defuncti debitoris, verum neque ipſius hæredes intra novem dies ab obitu vexari pro debitis, defenditur, *Auth. ſed neque*, *C. de ſepulch. violat. l.* 3. *tit.* 9. *part.* Guttier. *ubi proximè*, *num.* 18. Duenas *reg.* 27. *limit.* 4. Carleval. *dict. tom.* 2 *tit.* 3. *diſp.* 9. *num.* 8. Gizarell. *deciſ.* 79. Baëza *ſuprà*, *cap.* 6. *num.* 15. Nec intra tempus trimenſium lege datum ad inventarii confectionem, *l. ultim.* §. *Donec*, *C. de jur. deliberand.* Carleval. *num.* 9. *cum ſeqq.* Guttierr. *ibidem*, & alii ex numer. allegatis, Paz *in prax. tom.* 1 *part.* 4. *cap.* 1. *à num.* 42 Cevall. *tom.* 2. *q.* 814. *num.* 7. Qui docent deciſionem *dict.* § *Donec*, apud nos uſu non eſſe admiſſam, ſed quod hæres poteſt poſt novem dies pro debitis defuncti conveniri. Et obiter notandum eſt, *d. Authent. ſed neque* procedere, cum hæres non vult facere inventarium, nec tempore ad id conceſſo uti; at *donec* § *Donec*, locum habet, ſi velit inventarium conficere, quo eorum textuum contrarietas tollitur, ut per Carleval. Paz, & alios *ubi proxime.*

Ibi : *Imò creditoris appellatio.*

75 Non obſtante creditoris appellatione, corpus debitoris debet ſepeliri, Parlad. *ubi ſup.* Vivi. *commun. opin. lib.* 2. *opin.* 78. Pichard. *in principi. num.* 138. *Inſtit. de inofficioſ.*

Ibi : *Sunt etenim, qui exiſtimant.*

76 Etiam corpus defuncti qui, ex inſtrumento guarentigio tenebitur, ne ſepeliatur, à creditore impediri non poteſt; ita docent Ant. Gom. Guttier. Menoch. & alii laudati, *ſuprà*, *num.* 126.

Ibi : *Impium enim eſſet.*

Adeò bonis moribus congruit, cadavera tradere ſepul-
77 turæ, ut diſpoſitio teſtatoris præcipientis, reliquias ſuas in mare projici, non ſuſtineatur; imò hæres, conditione rejecta, humari faciens corpus, non privatur hæreditate, ſed laudatur; *l. quidam in ſuo* 27. *ff. de cond. t. inſt tut.* Sed & publica verſatur utilitas in ſepeliendis defunctorum corporibus, *l. ſunt perſonæ* 43. ubi Gloſ. *verb. propter*, *ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.* Merlin. *de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 15. *num.* 5. Cagnol. *in l. Papinianus* 8. § *Quarta*, *num.* 13. *ff. de inof. teſtam.* Inde provenit, ut impenſa funeris omnibus creditoribus privilegiatis etiam anterioribus cum expreſſa hypotheca præferatur, *l. immenſa* 45 *ff. de Relig. & ſumpt. fun. l.* 2. *tit.* 13. *p.* 1. Neguſant. *de pignor. p.* 5. *memb.* 2. *num.* 28. Mantic. *de tacit. & ambig. conven. lib.* 11. *tit.* 13. *num.* 25. Fachin. *controverſiar. lib.* 12. *cap.* 49. Coſt *in tract. de portion. rat. q.* 73. *num.* 2. Flores de Mena *variar. lib.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 11. Guttierr. *practicar. lib.* 2. *quæſt.* 72. *per tot.* Bolanos *in Curia commerc. terreſt. lib.* 2. *capit.* 12. *numer.* 24. latè Merlin. *de pignorib. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 17. Aliaque privilegia conceduntur funeris impenſæ, de quibus per Ripam. *de remed. præſervat. cont. peſt. num.* 131. Inter quæ & illud numeratur, quod ſucceſſor majoratus, etſi ad alia poſſeſſoris immediati debita non teneatur, Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 10. *numer.* 29. tamen ſumptus funeris anteceſſoris, ſi aliàs ſolui non poſſunt ex ipſius bonis, præſtare compellitur, ut contra eundem Molinam. *ibi num.* 33. docent Padilla *in l. unum ex familia*, §. *Si de falcidia*, *ff. de legat.* 2. Pereg. *de fideicommiſ. art.* 40. *n.* 19. Garc. *de expenſ. c.* 19. *n.* 33. Mieres *de majorat. part.* 4. *q.* 79. *num.* 37. D. Garc. Maſtrill. *de ciſ.* 203. *per totam*, ubi plures.

Ad Num. 11.

Uſu receptum eſt, ut cadavera damnatorum ex quibuſ- 78
dam atrociſſimis facinoribus maneant inſepulta ad terrorem aliorum, ex quo apud Athenienſes, cum aliquis ſibi mortem conſciverat, manus ut facinoroſa præciſa inſepulta relinquebatur, ejus cadavere tradito ſepulturæ, cujus legis meminere Æſchines *in orat. in Cteſiphontem* Alexand. ab Alex. *dier. genial. lib.* 5. *capit. ultim. in fin.* Ubi hoc Platonis documentum fuiſſe dicitur, Menoch. *de arbitrar. caſ.* 284. *numer.* 5. Et in Hiſpania frequenter corpora famoſorum graſſatorum in partes diſſecta in itineribus affiguntur, atque ita docent Bobadilla *dict. lib.* 3. *capit.* 15. *numer.* 143. Menoch. *dict. caſ.* 387. *in fin.* Iul. Clar. *receptar. ſentent. lib.* 5. §. *fin. quæſt.* 100. *num.* 1. Bolanos *in Curia*, *d. p.* 3. §. 17. *n.* 1.

Nec contrarium probat *cap. quæſitum*, 13. *quæſt.* 2. Nam ibi agitur, de capacitate defuncti, ut in ſacro loco ſepeliatur, ſiquidem verum eſt, ei, cui miniſtratur Sacramentum Pœnitentiæ, cum in extremis agit, non eſſe Eccleſiaſticam ſepulturam denegandam, niſi aliud obſtet, in præſenti autem, propter utilitatem publicam, quæ deterrendis malefactoribus verſatur, inhumata corpora oportet permanere. Qua de cauſa etiam Iudex poteſt tradere cadaver delinquentis in anatomiam Medicis, vel Chirurgis, Anton. Gom. *var. lib* 3. *cap. ultim. in fin.* Sanch. *conſil. moral. lib.* 1. *cap. tit. unic. dub.* 7. Bobadill. *dict. n.* 143. *in fine* Bertachin. *in ſuo repertor. verb. Cadaver*, *numer.* 5. Deci. *in l. imperium*, *num.* 17. *ff. de juriſdict. omnium judic.* Bolanos *ubi proximè*, Menochius *caſ.* 185. *num.* 10. 11. ubi ait : Papiæ ſic ſtatuto caveri; *& n.* 12. admonet, nõ eſſe in anatomiã tradendũ corpus aliàs honeſti hominis, ne ejus familiæ irrogetur injuria.

Ibi : *Sacramentum verò Pœnitentiæ.*

Iudex debet mittere damnato ad mortem Confeſſarium 79
& ad tempus ſufficiens ad recipiendum Pœnitentiæ Sacramentum concedere, Ant. Barboſ. *ſupr. numer.* 6. Bolanos *dict.* §. 17. *numer.* 14. Ant. Barboſ. *in collectan. in fin. ad l. Archigerontes, C. de Epiſcop. audient.* Iul. Clarus, *dict.* §. *fin. quæſt.* 97. *num.* 4.

Ibi : *Idem eſſe cenſet de Sacramento Euchariſtiæ.*

Euchariſtiæ Sacramentum damnatis ad mortem eſſe 80
præſtandum, decretum eſt Motu proprio Pii Quinti dito anno 1569. & in Hiſpania obſervari præcipitur *l.* 9. *titul.* 1. *lib.* 1 *Recop.* Et ita docent ultra proximè allegatos, Gamm. *in tract. de Sacrament. præſtand. ultim. ſup. damnatis*, Sa *in ſumm. verb. Euchariſtia*, *n.* 2. Cavalcan. *de bra h. Reg. part.* 3. *n.* 326. Bonac. *oper. moral. tom.* 1. *tract. de Sacrament. diſp.* 4. *quæſt.* 7. *punct.* 1. *num.* 5. Cevall. *tom.* 3. *de cognit. per viam violent. quæſt.* 98. *num.* 2. Diana *reſolut moral. part.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 18 §. *Nec valet. verſ. Notandum*, Franciſc. Marc. *deciſ.* 10. *in* 2. *part*, Ioan. Sanch. *ſelectar. diſp.* 4. *num.* 3. 4. Sicque de conſuetudine ſervari, nec contrariam validam eſſe probant Bonacin. *ſuprà*, *numer.* 6. *verſ. Reſpondeo*, Zevallos *num.* 7. ubi ait : nunquam ſe audiviſſe in Hiſpania contrarium eſſe uſu receptum, Pat. Suar. *tomo* 3. *in* 3. *part. diſp.* 69. *ſect.* 5. *in fin.* Henriquez *lib.* 8. *cap.* 5. *numero quarto. lit. Z.* Angles *quæſtion.* 2. *articul.* 9. *difficultat.* 3. Chamerota *de Euchariſtia*, *cap.* 10. *num.* 1. Imo Iudicem teneri differre exequutionem ſententiæ per tres, aut quatuor dies, ſi opus fuerit; ne damnatus Sacramentis, non ſuſceptis moriatur, etiamſi timeatur reum interim fore eripiendum, ſentiunt Bonacina *dict. numer* 6. Diana *ſupr.* Fagundez *in præcept. Eccleſ. lib.* 1. *præcept.* 3. *capit.* 4. *numer.* 3. 4. & alii apud ipſos. Quod tamen adverſatur *dict. l.* 9. *Recopil.* ubi contrarium ſtatuitur. Sed ſi ex dilatione ſupplicii immineat periculum